

Universitätsbibliothek Wuppertal

Aeli Donati qvod fertvr commentvm Terenti

Evgraphi commentvm continens

Donatus, Aelius

Lipsiae, 1908

Prologus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1594

ANDRIA

PROLOGVS

Cum omnes poetae uirtutem oratoriam semper uersibus exequantur, tum magis duo uiri apud Latinos, Virgilius et Terentius. ex quibus, ut suspicio nostra est, magis Terentii uirtus ad rationem rhetoricae artis accedit, cuius potentiam per comoedias singulas ut possumus explicabimus. ac prima nobis ea sit, quae et pueris semper est tradita. Andria igitur prologum habet POETA CVM PRIMVM ANIMVM AD SCRIBENDVM APPVLIT. omnis prologus triplici inducitur causa: uel ut argumentum fabulae possit exhibere uel poetam populo commendare uel ut a populo 10 audientiam postulet. sed his omnibus causis Terentius non ita usus est: habuit enim aduersarium ueterem poetam Luscium Lanuinum, cuius comoediae cum non placerent, semper maledictis aduersus comoedias Terentii pugnabat. propter hunc igitur Terentius prologum semper inducit, 15 ut eius maledictis respondeat. quod si ita est, omnis prologus Terentii habet controuersiam. Andria igitur controuersiam tenet: mos est, uti ex Graeco in Latinum sermonem aliquid transferri liceat. Terentius comoediam Graecam Andriam cum transferret, adiunxit et Perinthiam, 20 quae altera Graeca est comoedia. fit ergo reus, quia non debuerit alteram comoediam contingere in comoediae alterius translatione. est hic controuersiae qualitas, an iuste

1 uersibus] pro uiribus Karsten || 2 exequuntur Karsten || 5 singulas comoedias α || 6 primum β | <prima> semper Karsten | tradita est α || 10 uel <ut> β | populo poetam α F || 16 respondeat maledictis α || 21 ergo post reus L F, om. G || 23 controuersia β

fecerit, cuius argumenta sic persequitur, ut per absolutam qualitatem habitus semper sit in disputatione tractatus. is omnino, ut dixi, duplex est 'fecī, sed iuste fecī' et 'fecī, quia licuit per exemplū'. sed prius exordium sumitur, quod propositum ita est, ut poetam populo commendet: aliter enim beniuolentiam auditorum non potest comparare, nisi personae suaē pudorem honestatemque declareret. est igitur ad comparandam beniuolentiam sump-
 1 tum principium **1** POETA CVM PRIMVM ANIMVM AD SCRIBENDVM APPVLIT ID SIBI NEGOTII CREDIDIT SOLVM DARI VT PLACERENT POPVLO QVAS FECISSET FABVLAS. beniuolentia rhetorica arte captatur ex nostra persona: hoc supra positis uerbis expositum est, cum docuit sibi pudorem propositum et certam gloriam captaturum. unde a persona aduersarii, cum eius impudentia declaratur, hoc subiunxit
 4 **4** VERVM ALITER EVENIRE MVLTO INTELLEGIT NAM IN PROLOGIS SCRIBENDIS OPERA ABVTITVR NON QVI ARGVMENTVM NARRET SED QVI MALIVOLI VETERIS POETAE MALEDICTIS RESPONDEAT. hue usque principium est habitum a nostra persona et ab aduersariorum: sequitur propositio quaestio-
 8 nis et primo promissio **8** NVNC QVAM REM VITIO DENT QVAESO ANIMADVERTITE. haec dicit quaestionem pro-
 12 mittens. proponit autem ita quaestionem, ut, cum argu-
 16 mento quaestionem soluat, quaestionem proponere uideatur
 9 **9** MENANDER FECIT ANDRIAM ET PERINTHIAM QVI VTRAMVIS **25**
 RECTE NORIT AMBAS NOVERIT. quaestionem illam supra diximus esse, quia non debuerit ex duabus comoediis Graecis unam Latinam facere. et huic respondet ita, quod liceat. ac primum unam dicit, <quia>, quamuis duae sint, inter se quoque quadam cognatione conueniant: hoc enim dixit MENANDER FECIT ANDRIAM ET PERINTHIAM QVI VTRAMVIS RECTE NORIT AMBAS NOVERIT NON ITA DISSIMILI

2 sit] est *L G*, om. *F* || 9 AD SCRIBENDVM om. *L* || 10 ID om. *L* || 14 capturaram *β* || 17 scribundis *α* || 21 et *W.*: sed codd. | permisso *α* || 26 RECTE — NOVERIT om. *L* || 28 [facere] scribere *α* | respondet *F G*, -dit *rell.* || 29 quia *W.*: unam *L*, utramque ut *G*, quae post sint *α*

SVNT ARGVMENTO ET TAMEN DISSIMILI ORATIONE SVNT FACTAE
 AC STILO: licet duae sint numero, in unam tamen rationem conueniunt. quod si ita est, quae ex Perinthia in Andriam conuenerunt, ad Andriam iure translata sunt; unde non uidetur aliter fecisse quam licet. nam cum licet ex una comoedia Graeca unam Latinam facere, hic quodammodo ex Andria Graeca Andriam fecit Latinam et quaedam ex Perinthia <trans>tulit, quae in Andriam conuenirent. igitur aduersarii id uituperare audent? adicit argumentum absolutae qualitatis, uti supra diximus, quia 10
 18 quae fecit, fecerit per exemplum **18** QVI CVM HVNC ACCVSANT NAEVIVM PLAVTVM ENNIVM ACCVSANT QVOS HIC NOSTER AVCTORES HABET. et quoniam semper in exemplis laborandum est, ne ea sumamus, quae aliquando reprehensa sunt,
 20 adiecit **20** QVORVM AEMVLARI EXOPTAT NEGLENTIAM *PO-* 15
TIVS QVAM ISTORVM OBSCVRAM DILIGENTIAM. subiungit postea epilogorum uirtutem, ut liberatus culpae terrere incipiatur aduersarios **22** DEHINC VT QVIESCANT PORRO MONEO. et honeste contendit aduersarios multa peccare, sed illa se nolle maledicere. concludit a precibus, ut beniuolentiab
 24 tiam ab audientia populi petat **24** FAVETE ADESTE AEQVO ANIMO, simul pollicens quasi quoddam praemium de comoediis futuris, si fuerit libenter auditus. hactenus controversia tractata est.
 1 **1** POETA CVM PRIMVM ANIMVM AD SCRIBENDVM APPV- 25
 LIT sensus hic est: cum primo poeta comoediam scribere uoluit, hoc tantummodo arbitratus est negotii sibi dari, ut placerent populo comoediae, quas fecisset. ergo quod
 4 sequitur **4** VERVM ALITER EVENIRE MVLTO INTELLEGIT, ille
 sensus est, ut, cum hoc solum sibi crederet propositum, so

1 sunt oratione *FS* || 3 conuenerunt in andriam α || 6 facere] sser. uel scribere *L*, scribere *rell.* || 8 transtulit *W*. || 9 aduersarii id] -rium β || 11 quae] qui β | fecit] -cerit *F*, om. *L G* | fecerit (-cit *S*) post exemplum α || 13 in om. β || 15 exoptat ante aemulari α , post neglegentiam *L G* || 17 <a> culpa α *F*, culpa *G* || 21 a populi audientia α || 30 cum om. *G*

ut comoediae suae placerent, <euenerit> et illud, ut aduersario debeat respondere. ergo IN PROLOGIS SCRIBENDIS OPERA ABVTITVR hoc est: ualde utitur opera prologorum, non ut argumentum narret, quod prologorum est semper officium, sed ut semper maliuoli poetae maledictis re-⁵ spondeat. adiecit **7** VETERIS POETAЕ, quo facilius hominem ex vetustate notare posset, qui, cum uetustate commen-
7 datus non sit notus, per maledicta inuidere uideatur. — **8** QVAM REM VITIO DENT hoc est: quam rem culpant et
11 accusent. — **11** NON ITA DISSIMILI SVNT ARGVMENTO ET ¹⁰
 TAMEN DISSIMILI SVNT ORATIONE FACTAE AC STILO uult
 <dis>simile esse argumentum duarum comoediarum, non
 tamen plurimum dissimile. et ne Menandrum accusare
 uideatur, qui paene ex uno arguento duas comoedias
 fecerit, adiunxit, quod ad eius laudem pertinebat, ut 'dissi-¹⁵
 mili oratione ac stilo' unius arguenti duas comoedias fe-
13 cerit. — **13** QVAE CONVENERE IN ANDRIAM EX PERINTHIA
 multa ex Perinthia comoedia conuenerunt in Andriam:
17 haec igitur Terentius in Andriam transtulit. — **17** FACI-
 VNT NE INTELLEGENDO hoc est quasi plurimum intelligendo.²⁰
26 — **26** POSTHAC QVAS FACIET DE INTEGRO COMOEDIAS hoc
 est 'de integro', cum unam Graecam in unam Latinam
 transtulerit: nunc enim transtulit quasi duas. atque ex
 hoc uidetur illud Terentius declarasse: quod fecerit, iure
 fecisse et per exempla fecisse, uerum tamen iam non esse ²⁵
 facturum, ut de duabus comoediis unam comoediam faciat. —
27 **27** SPECTANDAE hoc est probandae. — EXIGENDAE foras
 mittendae.

1 euenerit add. W. | et] non G || 2 scribundis α || 4 sem-
 per est FG || 9 id est α || 11 orationi LS | AC] et LG | uult
 om. S || 12 dissimile Westerh. | esse] est LS || 15 adiunxit —
 16 fecerit om. L || 15 ut G, om. rell. || 16 ac] et G | fecit G ||
 17 conuenerunt FG || 18 multa <enim> α | conuenerunt FG,
 conuenient rell. || 20 id est α || 21 post has (*in hac corr. L*)
 LFS | qvas faciet] hic incipit B | DE — COMOEDIAS om. L | hoc
 — transtulerit ante 17 IN ANDRIAM G, om. L || 24 terentius illud
 α || 26 factum L¹; futurum? || 27 SPECTANDAE] hic incipit B' |
 id est α | <an> exigendae <id est> α